

1
2
3
4
5
6
7
8
9
10
11
12
13
14
15
16
17
18
19
20
21
22
23
24
25
26
27
28
29
30
31
32
33
34
35
36
37
38
39
40
41
42
43
44
45
46
47
48
49
50
51
52
53
54
55
56
57
58
59
60
61
62
63
64
65
66
67
68
69
70
71
72
73
74
75
76
77
78
79
80
81
82
83
84
85
86
87
88
89
90
91
92
93
94
95
96
97
98
99
100

8
1713 13. 16
ORDINIS IVRIS CONSVLTORVM
IN
ACADEMIA VITEMBERGENSI
DECANVS
IO. PAVLVS
SCHROETER,

J.V. D. POTENTISS. POLONIAR. REGIS ET
ELECT. SAX. IN SVMMO PROVOCATIONVM
SENATV CONSILIA RIVS ET IVDICII
PROVINCIALIS IN MARCHIONATV
INFERIORIS LVSATIAE
ASSESSOR,

LECTORI BENEVOLO

S. P. D.
de Intercessione et Requissione Conjugis.

3.

ORDINIS IURIS CONSULTORVM

in
ACADEMIA ALTEMBERGENSI

DIGAVUS

IO. PAVIAS

SCHROFITER

M. D. HORTENSII. POLONIAR. RECIS ET
PRAESES IN SUMMO PROLOGO CATIONUM
SENATU CONSISTYRIAS ET LADICII
PROVINCIATIS IN MAGDALONIA
INTERIORIS TRANSVALLIS
ASSERSON

LECTORI BENEDICO

S. B. D.



Q. D. B. V.

um de redintegrando matrimonio
Disputationem Inauguralem pro-
positurus sit Nobiliss. Jurium Can-
didatus Jo. Andreas Straphinus,
qua inter alia potissimum ad exa-
men revocatur, quod communi-
ter tradi solet: conditionalem remissionem Conju-
gis, et intercessionem pro Conjugi adultero, si
gratia et potestas ipsi fiat in loco et domo sua re-
manendi, et poena relegationis in pecuniariam com-
mutetur, pro pura esse habendam, ac, conditione
non obstante, remissa poena mortis, adulterii reum
e ditione esse relegandum, et Conjugi remittenti
imponendum, ut eum sequatur, atque una cum eo
migret: venit mihi in mentem cognatae quaestionis,
nimirum, quando post mortem alterius conjugis su-
perstes convincitur adulterii commissi eo tempore,
cum Conjux adhuc viveret, num remittenda sit poe-
na ordinaria adultero, substituta poena perpetuae

a 2

rele-

relegationis? Ajentem decisionem tuetur Carpzov.
in pract. crim. Q. 55. n. 50. seqq. et alii etiam magni
nominis Juris Consulti, secuti ea in re Dan. Mollerum
lib. 3. semeistr. c. 13. n. 2. Ita vero ipsorum fert ratio;
hoc casu remissionem conjugis demortui praesumen-
dam esse, ideo, quod actio adulterii tendat ad me-
ram vindictam injuriae illatae, quae morte extingui-
tur, ut ad heredes nequaquam transeat, quamvis de-
functus injurias ignoraverit, quod multis textibus ex-
tit. de Injuriis imprimis cumulatis comprobare sat-
agunt; deinde quod pie, bene, ac Deo rem gratam
faciat conjux, adulterium conjugi condonando, id-
eoque defunctum, si vel in ultimo mortis articulo
adulterium conjugis rescivisset, hoc effecturum fuisse
praesumendum, cum alias quisque moriendo ani-
mum vindicandi, et persequendi injuriam sibi illatam
remisisse censeatur, potissimum denique momen-
tum ponunt in *conf. Elect. Sax. 21. p. 4.* ubi statuitur:
Si maritus adulterium uxoris sciens idque indignatus
eam expulerit, vel de eo conuestus sit, morte au-
tem praeventus vindicare non potuerit, quod tum
heredes in jus ipsius succedant, unde ducto a con-
trario sensu argumento inferunt, quod si maritus
ignorans conjugis adulterium deceperit, heredes ad
privationem dotis et donationis propter nuptias
agere non valeant, et denique hanc conclusionem
ad praesens thema per extensivam interpretationem
producunt. Verum, quod pace ipsorum dixerim,
non

non videntur haec argumenta , quod volunt , evin-
cere . Evidem si conjux post delictum a conjuge
commissum aliquandiu vixisset , idque bene scivisset ,
et nihilominus conjugem in thoro retinuisse , salva-
res est , et dubio caret , tacite ruptum per adulterium
matrimonium jam esse redintegratum ; at enim , si
defuncto conjugi perpetratum ab altero adulterium
vel usque ad mortem fuerit ignotum , vel licet resci-
verit , antequam super redintegratione matrimonii
suam sententiam declararet , properante fato fuerit
abreptus , longe aliter sese habent omnia , atque hoc
casu , ut ad mitigandam poenam proficiat mors con-
jugis , non poterit efficere , quod in legibus Pandectarum
traditum est , nimirum injuriam et vindictam
morte extingui , ita ut ad heredes nequaquam transe-
at , etiam si mortuus illatas injurias ignoraverit . Et
enim de diversis haec illatio est , cum quidem , si de
injuria civiliter et privato judicio agatur , poena parti
laesae veniat applicanda , et meram vindictam injuriae
privato illatae contineat l. 7. §. 1. ff. de injur. atque in
bonis ejus ante litis contestationem non computetur
l. 28. ff. eod. unde prono alveo fluit , quod actio et
vindicta injuriarum ante litis contestationem ad he-
redes active non transeat , secundum §. 1. f. de perpet.
et temp. act. l. 10. §. 2. si quis cautionib. in jud. l. 13. pr.
l. 15. §. 14. ff. de injur. ex adverso accusatio adulterii
sit publici judicii , et non solum marito , sed jure Pan-
declarum etiam extraneis competierit , l. 2. §. 9.

a 3

l. 4.

I. 4. §. 1. et 2. I. 15. §. 4. ff. ad L. Jul. de adult. ac, quod
caput rei est, expressum sanctum in *I. II. §. 8. I. 5. I. 15.*
§. 8. ff. eod. defuncto marito, viduam uxorem adul-
terii postulari posse reperiatur, quod nec Constan-
tinus in *I. 30. C. ad I. Jul. de adult.* qua facultatem
accusandi ad certas personas restrictam esse traditur,
non sine contradictione magni nominis Juris Con-
sultorum, quam litem in praefens nostram facere nil
attinet, immutavit, adeoque Carpzovii doctrina in
Jure Romano nullum invenit praesidium, quin illud
potius ipsi diserte refragatur. Neque vero ex sacris
literis et Jure Canonico majora ea accipiet pondera.
Quamvis enim scriptura sacra ad reconciliationem et
condonandum proximo, quae in nos commisit, in
universum omnes, qui Christo nomen dederunt,
pronos esse velit, et poenas, quae irreconciliabiles
manent, graviter describat; attamen inde non infer-
tur, Christianum ei, qui cum ingenti crimine fidem
datam semel fregit, denuo fidere, & se suaque ipsi
concredere teneri, et, si hoc faciat, gratum impri-
mis Deo opus perpetrare. Pontificibus, quod iis,
qui publicas mulieres e lupanari extraxerint et du-
xerint uxores, hoc secundum *cap. 20. X. d. Spon-*
salib. proficiat in remissionem peccatorum, nemo
purioribus Sacris addictus temere concedet, et, si
vel maxime inter opera charitatis ponendum esset,
ejus causa foret, quod mulieres ejusmodi, quae sive
quaestus sive libidinis explendae gratia meretriciam
tam

vitam sectatae fuerint, per matrimonium et alia sustentationis subsidia, et ustionis remedium in thoro legitimo adipiscantur, adeoque a peccato ad bonam frugem reduci queant, quae causa utique in foemina luxuriosa, cui ob praesumptam mortui mariti intercessionem poena mortis remittitur, omnino cessat non modo, sed etiam verendum est, ne si conditionem nubendi iterum tam cito non inveniat, quod plerumque adulterio infamibus usu venire solet, remedio ustionis destituta pluribus et majoribus criminibus sese contaminet. Ex Constitutione Electorali Sax. 21. p. 4. ejusque verbis patescit, Serenissimum Constituentem quaestionem olim & tunc temporis inter Doctores agitamat: an nimirum heredibus competit Jus agendi contra viduam propter adulterium vivo marito commissum ad consequendam dotem, si ipse maritus criminaliter uxorem non accusaverit vel inscriperit? ita decidere voluisse, quod ad hoc, ut persecutio dotis heredibus detur, sufficiat, maritum adulterii gnarum uxorem expulisse, vel saltem conquestum esse, licet morte praeventus accusationem instituere non valuerit, unde a contrario nihil amplius sequitur, quam ubi maritus adulterium uxoris sciens, illudque dissimulans tacite remisit, heredes ejus accusare illam, et jure suo privare volentes, non esse audiendos, quemadmodum tale argumentum format Mollerus *ad dict. Constat.* n. 4. minime vero ulterius collendum, quod, si
maritus

maritus adulterium perpetratum ignoraverit, post mortem ejus in jus heredes non succedant, id quod nec a Carpzovio citatus Mollerus ullibi affirmavit, quin potius et in *semestr.* l. 4. c. 13. n. 2. diserte tradit, in eo demum casu, si post delictum commissum aliquandiu vixisset maritus, nec tamen de eo questus unquam fuisset, uxorem superstitem non modo propria bona, sed etiam, quae ex pactis dotalibus, vel statuto et consuetudine loci, ex bonis conjugis lucratur, non amittere; Demus vero, Carpzovii a contrario sensu argumentum recte procedere, et a Sereniss. Electore Sax. communem opinionem, secundum quam heredes uxorem ob adulterium vivo marito commissum, si ad hujus notitiam non pervernerit, dote privare nequeunt, esse approbatam: nihil magis tamen exinde illud inferri poterit, quod ob adulterium, vivo sed nesciente marito perpetratum, eo mortuo poenae capitis subjici vidua non debeat. Cum enim illa communis opinio potissimum imo solum eo nitatur fundamento, quod actio ad privationem tendat ad vindictam et injuriam, per adulterium marito illatam, adeoque eodem jure censeatur, quo actio injuriarum, quae heredi non datur, Berlich. p. 4. *concl.* 30. n. 14. Carpz. in *Praet. crim. qu.* 65. n. 116. et c. 21. *def.* 4, exinde manifestum fit, minime eandem subesse rationem inter actionem ad privationem dotis civilem, qua heredes persequuntur poemam sibi, tanquam ejus, qui laesus est, successoribus applic-

applicandam, et coercionem adulterii publicam et
criminalem, quae non ad vindictam injuria marito
illatam, sed eo, ut reipublicae per delictum laesae fa-
tisfiat, et legum conservetur autoritas, tendit, et ho-
dierno jure a Magistratu ex officio procedente per-
agitur, atque hoc ingens discrimin ac diversitatem
nullam extensionem admittere. Caeterum licebit
mihi ex *Constit. Electorali* 19. ubi diserte disponitur:
Dass wenn der Ehegatten einer vor den andern selbst bit-
ten / und sich erbiethen würde/demselben/ ungeachtet gebro-
chener Treu und Glaubens / länger ehelich zuwohnen /
dass alsdann dem Ehe-Stande zu Ehren die Strafe in
etwas gemildert / der schuldige Theil des Landes ewig ver-
wiesen werden / und der unschuldige demselben folgen solle /
a contrario sensu argumentari, quod nulla remissio
et intercessio conjugis innocentis possit esse etum sor-
tiri, nisi ab ipso conjuge fiat, et matrimonium per
adulterium ruptum redintegratur, eique suus honor
conservetur, adeoque praesumptam, quam vocant,
remissionem, cum nec ipse conjux intercedat, et,
quod maximum est, nulla sperari amplius queat ma-
trimonii redintegratio, non posse adultero ad remis-
sionem ultimi supplicii proficere. Etenim Sereniss.
Legislator non tantum ponderis tribuit remissioni
et intercessioni conjugis innocentis, ut propter eam
sit mitiganda poena adulterii, sed ad declarationem
ipsius, de redintegrando vel potius denuo contra-
hendo matrimonio, id hujus honori, eique promoven-
do expressim largitur, ut subducatur suppicio adul-

b

ter,

ter , et adeo non remissio conjugis et intercessio,
sed honor redintegrandi matrimonii proxima et ad-
aequata mitigationis poenae causa existit , qua des-
ciente et cessante, merito et cessat, quod ejus intuitu
statutum est, etiam si in aliquo casu non obscura
ad fuerint argumenta, conjugem, si scivisset adulter-
rium, et supervixisset, conjugem adulterum in tho-
rum recepturum fuisse. Nec aliter sensisse Sereniss.
Legislatorem, manifestius appetet ex constitutione
inter non editas 6. p. 4. alias in ordine 21. quae ha-
ctenus quidem prelo nondum sunt subjectae, nihilo-
minus tamen ao. 1572. in conventu Miseneri, ubi de
condendis Constitutionibus Electoralibus agebatur,
a Juris Consultis propositae, et per Electorem Saxon.
D. Augustum, ejusque Consiliarios, nec non Ordines
Provinciales, ac sub manu et sigillo Serenissimi
Electoris cum promulgatis et impressis Constitu-
tionibus Collegiis Juridicis, ut sub formula : Sprechen
wir nach hiesiger Lande bewerthen Rechten / secundum
eas pronunciaretur, transmissae. Tenor ejus ita se
habet: Wenn eine Person/die da ehlich ist bey Leben seines
Ehegatten mit einer/ so nicht ehlich ist/ die Ehe bricht / und
folgends nach Absterben seines Weibes oder Ehemannes
sich mit derselben verehliget/ Obwohl diese Verbrechung
nach Schärfe der Rechte mit der Strafe des Ehebruchs/
als dießfalls mit Staufen-Schlägen an den Verbrechern
könnite gestraffet werden / dennoch aber so hältens die
Schöppen-Stühle dafür / sintemahl solchen verbrechenden
Ehe-Gatten / da sein Weib oder Ehemann noch am Leben
wäre/ solche Straße dem Ehestande zu Ehren erlassen wür-
de /

De / daß auch dieselbe Erlassung dizzals billig / wie gemeldet /
dem Ehstande zu Ehren zu geschehen / und beyde Personen
sonsten willkührlich am Gelde oder mit Gefängniß oder aber
mit schlechter Verweisung gestraffet seyn möchten / oder
daß die Obrigkeit ihnen auferlegte / innerhalb gewisser Zeit
zu verkauffen / und sich aus demselben Gerichte und Gebie-
the weg zu begeben / alles nach Gelegenheit der Umstände /
da sie aber mit Gefängniß oder an Gelde gestraffet und al-
so getuldet würden / so wären sie auch der Kirchen-Straffe
des Orts unterworffen / qui tenor totidem verbis et-
iam in Consult. Saxon. tom. 2. p. 4. q. 25. recensetur.
Utique enim D. Elector cum iis, quorum opera in
conciannandis Constitutionibus usus est, statuit, con-
juges , qui vivente conjugे adulterium simplex
commiserunt, de jure poenae adulterii subjiciendos,
eamque in hoc casu fustigationem esse, scilicet de
jure communi tam civili quam Saxonico, secundum
quae jura adulterii simplicis poenam, tam in marito
ad solutam prolapso, quam uxore cum soluto con-
cumbente, fustigationem esse, ante promulgatas
constitutiones Juris Cousultorum, qui earum compo-
sitioni ex mandato Electorali vacabant, sententia erat,
ut ex Consult. Saxon. cit. l. q. 9. liquet, nec quic-
quam addit de remissione praesumpta mortui con-
jugis, et propter eam mitiganda poena ordinaria,
quin potius, dum solummodo praeescriptionis quin-
quennalis meminit, quae poenam hanc cessare faci-
at, simul innuit, nullam aliam, quam hanc, et eam,
quam in hac constitutione probat, superesse causam
ad poenam mitigandam ei, quae vivente marito ad-

ulterium perpetravit, quo argumentandi genere in
hac materia saepe usus est Carpzovius. Deinde
cum D. Elector afferat, conjugi adultero poenam
ordinariam remitti in honorem matrimonii eo casu,
quando conjux ejus adhuc in vivis existens pro eo
intercedit, eo ipso excludit remissionem, quam vo-
cant praesumptam, ab effectu mitigandi poenam,
quippe cui non afficit honor matrimonii ejusque
conservatio, et tandem adjicit aliam causam remit-
tendi poenam ei, qui vivente marito adulterium sim-
plex commisit, honorem nimurum contrahendi vel
contraicti jam inter adulteram et eum, qui polluit
ipsam vivente marito, matrimonii. Ex quibus jam
satis constare arbitror, nullam aliam intercessionem
conjugis causam existere leniendi poenam adulte-
rii, nisi quam comitatur respectus et honor vel con-
servandi, vel integrandi et contrahendi matrimonii,
atque circa intercessionem praesumptam, his omni-
no cessantibus, invito Jure tam Romano quam Sa-
xonico eam defendi, et in foris tantum ipsi tribui,
quod animadvertisit et agnovit Brunnen. in *Proceſſ.*
Inquis. c. 9. n. 33. Accedit, quod praesumptio illa,
qua nititur conjugis defuncti remissio, et quae ferme
pro praesumptione juris et de jure venditatur,
nulla lege contineatur, nec per legem sit introducta
et approbata, ut requiritur ad praesumptionem ju-
ris et de jure, per ea quae habet *Menoch. præf.*
l. i. q. 3. n. 20. et q. 4. n. 5. 6. adeoque in meris
termi-

terminis praesumptionis hominis subsistat, eaque
non tam probabilibus argumentis constet, quae non
facile majori cum probabilitate possint subverti.
Quamvis enim de homine Christiano morti vicino
merito praesumatur, quod injurias sibi illatas, ob-
temperando regulis doctrinae evangelicae, sit re-
missurus et condonaturus, hoc tamen fieri potest
absque redintegratione rupti per perfidi conjugis
adulterium matrimonii, ad quam innocens conjux
nulla lege nec divina nec humana obligatur, quin
cum hoc cum aperto periculo sit coniunctum, ne,
qui semel fregit fidem, ad eosdem mores redinte-
grato conjugio relabatur, et innocens conjux in di-
scrimen et detrimentum fortunarum et existimatio-
nis, et salutis tum temporalis tum etiam saepe aeter-
nae adducatur, his alienam vitam redimere, per or-
dinem charitatis christianaec nec tenetur, nec ipsi in-
tegrum est, adeoque hoc facere et sese tanto peri-
culo exponere quem voluisse, non temere, a quo-
quam et eo minus est praesumendum, quo minus
ulla renunciationis juris quae sit praesumptio est.
Nec est, quod dictis obvertatur, quod ad praesum-
ptam intercessionem simplex in effectu sufficiat re-
missio, nec conjux innocens, dum moritur, am-
plius ferre adulterum teneatur, adeoque facile et
sine suo damno sanguini conjugis parcere posse, et
immitem ac durum fore, si hoc detrectet. Quem-
admodum enim supra demonstratum est, remissionem

conjugis, nisi cum redintegratione matrimonii vel ad minimum cum serio proposito et declaratione recipiendi in thorum conjugis coniunctam, mitigationem poenae operari, quod ipse agnoscit Carpzovius *in pract. crim. q. 55. n. 116.* ita faris grave et molestum est viro honesto post fata, quae fregit conjugalem fidem, et ingenti ignominia ipsum affecit, ejus nomen, honorem et dignitatem, tanquam viduam honestam, retinere, lucra statutaria ex ejus bonis accipere, ac cum jam thoro et legitimo unctionis remedio destruitur, ruendo in consuetas libidines ejus existimationem laedere, ac contaminare, et proinde non magis hoc virum honestum et sanae mentis voluisse, quam uxorem, si adulterium scivisset, bonorum suorum heredem instituturum fuisse, quod minime credendum, & propterea uxorem heredem a marito scriptam, si post mortem ejus adulterii, ipso ignorantre, commissi convincatur, hereditare privandam esse, ait Carpz. p. 4. c. 21. def. 6. n. 4. praesumti debet; Maxime vero eo casu, si paulo ante obitum conjugis adulterium resuscens conjux protestatur, de non redintegrando matrimonio, nec praesumptioni locus nec praesumptae intercessioni effectus esse poterit, cum frustra intercessio ejus presumatur, de cuius contraria voluntate per expressam contestationem constat, arg. l. 40. ff. mand. L. ult. C. d. negot. gestis, et simplex sine animo redintegrandi matrimonii ad mitigationem poenae non proficiat. Praeterea Elector Sax. D. Io. Georgius II. dum quod circa tacitam remissionem conjugem constanti observantia in suis collegiis introductum est in Decis. 82. confirmat, praesumptam remissionem non obscuram improbat, quam vero cum illa parum recte confundit Philippi *ibid. obs. 4* Sed redeundum adhuc ad constitutionem non editam, atque amplius ex ea notamus, correctam a D. Electore Sax. in ea esse dispositionem Nov. 134. c. 12. quae non admittit sed irritat matrimonium inter adulteros copulatum, & approbata juris canonici placita, ducere eam, quam quis poluit

luit per adulterium , nisi alter eorum in mortem defun-
cti conjugis fuerit machinatus , vel ea vivente de matrimo-
nio fidem sibi invicem dederint , permittentis in c. 6. X. de
^{co} qui duxit in matrem . Deinde plus favoris tribui et ho-
noris matrimonio futuro adulterorum , aut etiam ab ipsis
jam contracto , quam quidem inter adulterum et conjugem
redintegrando , cum hujus intuitu adulterii poena non
amplius quam usque ad relegationem perpetuam remit-
tatur , et ita quidem , ut intercedens innocens conjux simul
ex Provinciis migrare cogatur , contra vero illius in gra-
tiam arbitraria poena carceris et mulctae statuatur , aequa-
liter utrique adulterorum imponenda , adeoque a rigore
constitutionis editae 19. p. 4. secundum quam , etiam si ad in-
tercessionem conjugis conjugi adultero poena ordinaria
remittatur , nihilominus vir solitus ad conjugatam prola-
psus poenae capit is et soluta cum marito concubens , fu-
stigatione plecti debent , multum admodum recedatur.
Restat jam , ut id , cuius causa haec scriptio suscep ta est , pau-
cis exequamur , et de vita et studiorum progressu Nobiliss.
Jur. Candidati , cuius initio mentionem fecimus , quaedam
commentemur . Patriam nactus est Görlicium urbem
Superioris Lusatiae per celebrem . Patrem habet Virum
Amplissimum FRANCISCVM STRAPHINVM , Scabi-
num de Republica Görlicensi optime merentem . Matrem
veneratur ANNAM MARIAM , ex gente FORSTERIA-
NA oriundam , foeminam omnibus sexus sui ornamentiis
praeditam . Ex quibus noster anno nonagesimo primo ,
quod proxime antecessit , seculi natus est . Fundamenta
prima studiorum in tenera adhuc aetate parietes intra do-
mesticos posuit ; Deinde , ubi annum decimum aetatis ter-
tium impleverat , in Gymnasio patrio disciplina Virorum
solertissimorum , Dn. KETTSCAVII , SCHWERDFE-
GERI , MOLLERI , HEINKII , HAMANNI , HANFFII ,
et , qui primo loco nominandus erat , Dn. SAM. GROS-

SERI


SER I informatione usus fuit, cuius etiam lectionibus pri-
varis asidue interfuit. Postea Lipsiam, illam divinae hu-
manaeque sapientiae sedem, adiit, et cum Jurisprudentia
Philosophiam sedulo conjunxit. Inter alios, quos ibi se-
ctatus est, JCtos Consultissimorum cum primis Virorum
DN. D. a RYSEL, et DN. D. KLEPPERBEINII scho-
las uno diligentiae ordine frequentavit. Praecipue autem
Magnificum DN. D. TITIVM, Antecessorem apud Lipsi-
enses famigratisimum, et Potentissimi Regis nostri in
Summo Appellationum Senatu Consiliarium Splendidissi-
mum, qui tunc ad Jurisprudentiam suam privatam pre-
legebat, asidue auscultavit, et nullam a tanto JCto profi-
ciendi occasionem intermisit. Jam, confecto studiorum
cursu, apud Ordinem nostrum nuper Summos in utroque
Jure honores modeste ambiit, et ad examina admissus di-
gnus omnino, qui his diligentiae praemiis condecoraretur,
existimatus est. Proximo die Jovis Praefide PRO-RECTO-
RE Magnifico DN. D. JO. BALTHAS. WERNHERO, Sa-
crae Regiae Majest. Polon. & Princ. Elect. Saxoniae ab Au-
læ & Justitiae Consiliis, et Antecessore Celeberrimo, DE
MATRIMONIO REDINTEGRANDO publice differet. Hunc
itaque actum solemnem ut Illustrissimus Comes Patres Con-
scripti, et reliqui omnes Jurium Fautores sua praesentia di-
gnentur, est quod enixe ab iis peto contendoque; Gene-
rosos autem Nobilissimosque Cives vel ob solam Praefidis
Magnifici autoritatem magna frequentia adsuturos esse,
certissime mihi polliceor. Dabit Ordo noster mecum se-
dulo diligenterque operam, ut officia mutua, & suam vi-
cisim inferviendi promptitudinem omni tempore declareret.
P. P. Sub Sigillo Facultatis Jurid. Dom. VII. post Festum
Trinitatis Anno cl̄o lcccxxii.

VITEMBERGAE, PRELO GERDESIANO.

ULB Halle
005 361 737

3





IS IVRIS CONSVLTORVM
IN
DEMIA VITEMBERGENSI
DECANVS
PAVLVS
HROETER,
TENTISS. POLONIAR. REGIS ET
AX. IN SVMMO PROVOCATIONVM
V CONSILARIVS ET IVDICII
VINCIALIS IN MARCHIONATV
INFERIORIS LVSATIAE
ASSESSOR,
LECTORI BENEVOLO

S. P. D.
coſione et coquifione Conyugis

1713 13

16

8 8

3.

